



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

59. An Religiosus, qui ex licentia Superioris libere de aliquibus pecunis  
possit disponere, si illas insumat in ludis prohibitis, vel cum meretricibus  
peccat contra votumpauertatis, & accipientes ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

sententia. Ad primum enim dicimus, licet Prælati non possent in speciali, & determinate concedere subdito licentiam ad vsum turpem, vel superfluum, quia iam hoc esset cooperari eius peccato: potest tamen in genere, & in vniuersum concedere illi facultatem plenam, cedendo iuri suo in vniuersum, itaq; ex ea parte quilibet vsum non habeat malitiam iniustitiam. Sicut, si is, qui tibi mutauit pignore accepto, peteret à te licentiam vtendi eo pignore, posses tu licite illam concedere generalem ad omnes vsus: nam licet in speciali non posses commodare ei rem illam ad vsus turpes, & inhonestos, v. g. ad sollicitandam feminam; potes tamen in vniuersum permittere ei omnes vsus, hoc est cedere iuri tuo, ita vt quilibet vsum non habeat rationem iniustitiam; nec sit inuito domino: & hæc præsumitur esse tua mens, dum aliud non explicas, & de facto non peccabit creditor ille contra iustitiam, si te tua vtatur ad vsus turpes, & illicitos. Similiter ergo superior potest absque peccato cedere iuri suo in vniuersum, & permittere tibi, quantum est ex parte sua omnes vsus talis pecunie, absque eo, quod idem censetur cooperari positiuè tuo peccato.

4. Ad secundum desumptum ex licentia testandi Episcopo concessa, quæ si id non exprimat, præsumatur semper esse solum ad opera pia; responderi potest; quidquid sit de antecedenti, negando consequentiam. Ratio autem esse potest, quod quando sunt duo impedimenta, in quibus aliquis superior dispensare potest, non censetur in vtroque dispensare, nisi id explicet, quando obligatio vnius non est necessaria ad auferendum alterum; sed potius dispensatio, cum sit odiosa, & contra legem, debet strictè intelligi, quantum satis est ad eius verba verificanda. Cum ergo Episcopus, nec possit testari, nec possit etiam disponere de bonis Ecclesiasticis, nisi ad opera pia, & Pontifex possit in vtroque dispensare ex causa, vt facitur Sanchez lib. 2. consil. cap. 2. dnb. 51. numer. 9. hinc est quod dispensatio solum ad testandum non censetur esse ad disponendum in vsus profanos; quia potest bene verificari dispensatio in vna lege absolute dispensatione in altera; cum possit bene heri testamentum absque eo quod fiat in vsus profanos. At verò Prælati Regularis non potest ipse dispensare cum subdito, vt possit licite expendere in vsus profanos, vel turpes, sed solum vt possit expendere, auferendo vnicum impedimentum suæ contrariæ voluntatis: non est ergo, cur limitetur eius licentia, cum ad ipsum non spectet auferre aliud impedimentum, nec oppositionem nisi cum vnica lege. Quare videtur potius habere, sicut debitor in casu posito permittens creditori vsum liberum sui pignoris, quia cum non possit ipse reddere creditori licitum vsum pignoris ad res turpes, non censetur limitare licentiam: sed, auferre solum illud vnicum impedimentum, quod ipse potest auferre cedendo iuri suo in ordine ad omnes vsus, ne sit contra iustitiam; sic etiam pater concedens filio facultatem testandi, non censetur eam limitare ad opera pia, vel licita, quia ipse non potest tollere illud aliud impedimentum circa res inhonestas, & idem censetur ex parte sua auferre totalitè illud vnicum impedimentum, quod poterat auferre; sic ergo se habet Prælati, ad quem non pertinet auferre illud aliud impedimentum circa vsus superfluos, & turpes, & ideo solum auferit impedimentum suæ voluntatis contrariæ, quod ei subest absque vlla profus limitatione: quia æquè se habet ad vtrumque vsum, cum æquè possit ab vtroque auferre malitiam iniustitiam cedendo iuri suo, & quoad hoc nihil magis possit circa vnum, quam circa alium, quia vterque subest ipsi solum, prout opponitur iustitiam, & ex hoc capite voto paupertatis. Et hæc omnia do-

cet Cardinalis de Lugo, ex quibus, Gra gratis obmurmurantium claudenda erunt. Omnes opiniones Confessarij scire debent, vt postea secundum prudentiam illis vtantur, & si aliter fieri non potest onera non imponant ferre non valentibus vel nolentibus, quando probabiliter fieri potest.

5. Nota quod post hæc scripta inueni Ioannem Machadam de Perfecto Confess. tom. 2. lib. 5. part. 2. tract. 1. docum. 1. num. 3. nostram sententiam ab Eminentissimo cardinali de Lugo confirmatam, tanquam probabilem admittere.

RESOL. LIX.

An Religiosus, qui ex licentia Superioris libere de aliquibus pecuniis possit disponere, si illas infirmis in ludis prohibitis, vel cum meretricibus, peccet contra votum paupertatis, & accipientes teneantur ad restitutionem?

Et an stando in opinione affirmatiua, dictam pecuniam possit quis restituere eidem Religioso, vel teneatur restituere Monasterio?

Idem dicendum est de ceteris alijs, qui ludere vel alienare non possunt, vt de filiis familias, seruis, & vxoribus. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 98.

§. 1. **A**ffirmatiua sententia est communior & probabilior, sed negatiua est etiam probabilis, quam tuentur Doctores, quos citat, & sequitur Ioannes Salas tract. de ludo, dub. 2. 1. num. 4. vbi sic ait: Religiosos, quibus per Superiorem licet de re aliqua libere disponere, etiam si in ludis illicitis, vel rebus turpibus eam expendant, valide expendere, nec recipientes teneri ad restitutionem. Ita ille. Vbi multas pro hac firmanda sententia rationes adducit; licet contra illam nouissime insurgat amicissimus Sanctarellus tract. de Apost. cap. 6. dub. 2. num. 12.

2. Sed si aliquis vellet stare in prima opinione, queritur an dictam pecuniam possit quis restituere eidem Religioso; vel teneatur restituere Monasterio; & ad hoc dubium ita respondet Villalobos in summa, tom. 2. tract. 28. diff. 5. dub. 11. [Lo que vno gana al hyjo que esta en poder de su padre, è al Religioso, è à otro, que no podia jugar, basta que lo restituya a ellos, aunque no sean verdaderos señores dello. La razon es porque no esta obligado de infamia à poner la cosa ganada en mejor estado del que tenia; aunque alguna vez seria peccado contra caridad, y es quando haziendo esta restitucion à ellos, toman ocasion para jugar otra vez.] Hæc ille, qui citat Rodriguez, & Rebellium.

sup. hoc in Ref. præterita, & in alijs eius secundæ notæ, & in Ref. seq. & in alijs eius primæ notæ.

Sup. hoc cū eodem Villalobos hic citato in Ref. seq. §. vic. & in alijs eius notæ.

RESOL. LX.

An si Religiosus habens licentiam generalem expendendi aliquam quantitatem, possit valide illam ludo exponere?

Et an qui ab illo talia lucrantur, teneantur ad aliquam restitutionem?

Et notatur, quod si aliquis lucraretur magnam summam pecuniarum à Religioso, posse illam eidem restituere, & non Monasterio.

Idem in vtroque dicendum est de filio familias, vxore, &c. Ex p. 7. tr. 9. Ref. 15.

§. 1. **A**ffirmatiua sententiam tanquam probabilem admittit Medina in summa lib. 1. cap. 14. §. 29. & Alcozer lib. de ludo cap. 16. & ideo Faustus in speculo Confess. diffinit. 32. quæst. 21. num. 5. sic ait. Quartò dico, quod Religiosus, qui expendit

Sup. hoc in duabus præcedentibus Ref. & supra in Ref. 23. §. Nota rectè.